



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XVII. Templum, in quo Virginis uestium reliquiae adseruabantur, noctu, cùm omnis plena essent tenebrarum, clarissimo lumine lucere uisumest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

aut truncus, qui, ubi aliquod arduū opus aggreditur, auspicem, ac ducē sibi ipsam nō proponat? Fallitur. n. quisquis humanis tantum uirib. fidit. At profecto sapere ij semper mihi uisi sunt, qui augustissimū, & sanctissimum eius nomen in omni egrēgio facinore perficiendo inuocant. nunquā. n. nichercule eos spes ulla frustrabitur, nec reprim entur unquā iusti eorum conatus.

MIRAC. VIRG. XLVII.

Templum, in quo Virginis uestium reliquiae adseruabantur, noctu, cum omnia plena essent tenebrarum, clarissimo lumine lucere uisum est.

Scriptum reliquit Gregorius, beatus uir, & episcopus Turonū, adseruari in Aruernorū ditio- ne quasdam reliquias rerum, quae uirginis fuerant, easq. ibi summo in honore, & maximo in cultu haberi; ut res tāta dignitate praestanteis habere pat, & equum est. Cum aduenisset igitur festus assumptionis dies, Gregorius in templum se contulit, in quo illae reliquiae custodi ebātur; quodq. assumptioni erat dicatum. Statuerat. n. propter aduenientis diei expectationem, & religionem de more ibi laudib., & hymnis celebrare exēbias. Quare atra in nocte, quo tempore omnia obscura, & umbrarum plena erant, propiūs illuc accedens, ē templi speculis uidit omnia intus diei plena esse, ac lucis; omniaq. luminib. collucere, quib. quilibet splendor exsuperabatur. existimās illuc maximam facum; & funalium copiam fuisse alla-

D tam

ram à pijs aliquib; , qui conuenissent ad excubias ; & ipse, vt ingrederetur, recta properabat ad ianuâ; quae clausa fuit reperta. Illam uerò cum pulsasset ; statim patuit, nullo aperiente ianitore. Sed ubi templum ingressus est, alma illa lux effugit; quòd fortè mortales oculi coelestè, ac diuinum splendorem minimè ferre poterant. Neq; aliud se potuisse conijcere, dicit Gregorius; quàm lucidum illud lumen è Virginis sacra luce prouenisse; cuius reliquiae ibi à pijs christianis, maxima pietate seruabantur. MIRAC.

MIRAC. VIRG. XVIIII.

Hebraei filium, ab ipso impio parente, in ignis fornacem cōiectum, Virgo tuetur, & seruat.

TEstatam reliquit idem episcopus rem, de qua conticescere nefas esset, & graue piaculum. Aderat, nā in eois regionib; Hebraeus nomine Vitarius; huic erat filius, quem à liberalium artiū magistro, unā cum plurimis Christianorum pueris erudiendum curabat. Cum ludum puer frequentaret; templum Virgini sacratum unā cum Christianis commilitonib; adiit. Praeterea ibidem, postquam unā omnes interfuerant rei diuinae, & ipse mystici panis cibum in eadem mensa cum christianis cepit. Quare domum rediens, itā incredibili laetitia exultabat; ut parentē maxima admiratione afficeret; qui à filio precib; blandis laetitiae causam expiscatus est, remq; omnem, uti se habuerat, intellexit. Impius autem, nominisq; nostri hostis acerrimus, en, inquit, O perfidate,